444

G

16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

XXIX.
502 C 83
KW
444 G 16

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS, DE

Præſcriptione Dormiente.

QUAM,

Præſide Tri-uno Deo,

Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. JOH. FRIDERICI BÖCKELMANNI,
J.U.D. Ejuſdemque Facultatis in Illuſtri Academiâ Lugd. Bat. Profeſſoris Ordinarii,

NEC NON


Ampliſſimi Senatûs Academici conſenſu, & Nobiliſſimæ Facultatis Iuridicæ decreto,

Pro Gradu ſummiſque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis ritè conſequendis,

Publico examini ſubjicit

JUSTINUS ECKHARDUS MOTZ, Caſſ. Haſſ.

Die 5 Novemb. loco, horiſque conſuetis.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud Viduam & Hæredes JOHANNIS ELSEVIRII, Academiæ Typograph.
cIↄ Iↄc LXXV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

KONINKLIJKE
BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS DE

Præſcriptione Dormiente.

Præſcriptionis materiam arduam exiſtere & profundam, haud quis inficias ibit: Non ex jure enim ſolùm Civili Digeſtorum & Codicis, conſtant XXIV. *peculiares tituli, præter illum in inſtitutis, inſcripti. Nec ex jure quoque Canonico ſpecialis tractatus Cauſa* 16. *q.* 3. *multa capitula continens; In Decretalibus verò poſitus admodùm diffuſus de Præſcriptionibus titulus. Sed & ultra memorata loca per utrumque juris Corpus dicta materia reperitur diſperſa. Ultimum verificabitur præſenti noſtra præſcriptione dormiente, de qua etſi in dictis juribus nullus ſpecialis extet titulus, nec præſcriptionem dormientem ſuo genuino expreſſam habeamus nomine; res ipſa tamen prout in ſe, ex abditis extraneiſque utiliſſimè eruitur locis. Stant à parte noſtra Veteres legum Commentatores & Canoniſtæ, nec non Neoterici, ad quorum teſtimonia per totam diſſertationem ſæpius provocamus. Hoc præſcriptionis dormientis the-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

ma, dignum diſquiſitu nec ubivis ob-vium, placuit, conceſsâ mihi veniâ à Magnifico JCtorum Ordine, in Batavorum Celeberrima hac Lugdunenſi Academia, ſolemni ac Inaugurali diſcuſſioni publicè ſubjicere, quod ut ex voto cedat feliciter, Jôva juva.

THESIS I.

Derivatur Præſcriptio à verbo præſcribere, hoc à præ & ſcribere, idem eſt ac certæ rei modum præſtituere, præfinire vel limitare. *Vid. Lex. Calvin. verb. Præſcribere.* Recipit autem præſcriptio varias ſignificationes, 1. accipitur pro Exceptione *l. fin. ff. de ſuſp. tut. l. 15. §. 7. ff. ad L. Iul. de adult.* & tunc vel latè pro quacunque exceptione *arg. rubr. & t. t. ff. & C. de except. ſeu præſcr.* vel ſtrictè pro exceptione quâ eliditur jus alienum illud, quo alter contra eum à quo petit, negligenter per tempus lege definitum non fuit uſus, cùm uti debuiſſet ac potuiſſet. *t. t. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. tit. ff. de diverſ. tempor. præſcr.* 2. Pro Uſucapione *pr. & t. t. Inſt. de Vſucap. l. un. C. de uſuc. transf.* Nos in præſentiarum ſumimus Præſcriptionem in duabus poſterioribus ſignificationibus quatenus denotat Exceptionem ſtrictè dictam & Uſucapionem.

II. A dormire deſcendit vocabulum dormiens, cujus ſignificatio vel propria ſubjectumq; denotat ſomno obrutum, vel impropria, hoc modo uſurpatur vel Synechdochicè, quando dormire cum aliqua eſt adulterium committere *c. 39. C. 27. q. 2.* vel Metaphoricè, & ſic 1. pro ceſſatoribus, incuriis & negligentibus, de quibus vulgatum illud Scævolæ: Vigilantibus non dormientibus jura ſcripta *l. 24. in fin. ff. quæ in fraud. cred. man.* vel 2. pro tempore præſcriptionis aut uſucapionis rerum non currente ſed quieſcente, uti hîc.

III. Dormientem Præſcriptionem deſcribo, quòd ſit Præſcriptio cujus curſus cœptus propter legale impedimentum, abſque interruptione ſiſtitur, ad certum tempus, quo finito, præſcriptio

ita

ita pergit, ut dempto tempore intermedio præcedens & ſubſequens connumerentur uſque ad ſupplementum temporis ad Præſcriptionem aliàs præfiniti.

IV. Dico præſcriptionem dormientem eſſe præſcriptionem, cujus I. Curſus cœptus ſiſtitur: Cœpta enim præſcriptio dormire tantum poſtea dici poterit, quia prædicatum dormire, præſupponit ſubjectum præſcriptionem cui inhæret, quod prius adeſſe & cœpiſſe debet. *arg. l. 96. in fin. pr. ff. de cond. & demonſtr. c. ad diſſolvendum de deſp. impub.* Patet inde quòd rerum quæ præſcribi nequeunt præſcriptio non dormiat, præſcriptio enim ratione harum ſubjectum eſt inhabile, de quo dormire haud prædicari poterit. Conſtat etiam quòd rerum quæ præſcribi poſſunt, quarumque præſcriptionis initium incidit in cauſam dormitionis, præſcriptio non dormiat, cauſa enim dormitionis impedit præſcriptionem ne durante illâ initium capere queat. *Vid. Ioh. Franc. Balb. Taurin. in tract. de præſcr. part. 1. part. 6. pr.* II. Propter impedimentum legale. Juris eſto impedimentum hinc Regula: Impedito impedimento juris dormit præſcriptio cœpta. *arg. l. 1. §. 2. C. de ann. except.* Intelligimus regulam de impedimento quod eſt juris & de jure, cùm enim jus introduxerit præſcriptiones, rationis eſt, ut ubi jus ipſum facit ne quis agere poſſit, faciat quoque ne currat præſcriptio Bach. *ad Treutl. tit. ex quib. cauſ. maj. c. 4. n. 4.* Hoc ſtrictè interpretandum, ne quid in præſcriptionibus abrogatum cenſeatur niſi nominatim factum *l. 4. l. 5. l. 6. C. de præſcr 30. ann. arg. l. ult. in fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* Proinde ſi hoc modo ac directè quis in jure impeditur ut ipſo facto durante impedimento expreſſè impediatur ad agendum, ſiſtitur præſcriptio, ſive impedimentum accidat à principio ſive poſt præſcriptionem inchoatam, quod poſterius noſtræ eſt conſiderationis. Directè quem volumus impediri non indirectè; ultimum fit, quando extrinſecus venit impedimentum ex alia cauſa, legibus autem ad hoc ut præſcriptio dormiat non expreſſâ, currit enim tum præſcriptio ſalvâ reſtitutione ſive impedimentum ſit juris *l. 26. pr. & §. 7. ff. ex quib. cauſ. maj.* ſive ſit facti, *l. 35. ff. de ſerv. præd. ruſt.* nam impedimentum facti injuſti & præſcriptionem facit currere ſine reſtitutione *arg. l. 2. §. 7. ff. ſi quis caut. l. 16. ff. de fund. dot.* Brunnem.

ad l.1. §. ult. C. de ann. except. III. Abſque interruptione, poſſeſſionis ſcil. ejuſque juris, ad differentiam uſurpationis, quâ præſcriptionis curſus ſiſtitur, ſed poſſeſſio *l. 5. ff. de uſurp.* aut jus poſſidendi *l. 10. C. de acquir. poſſ. l. 26. C. de Rei vind. l. fin. C. de præſcr. 10. vel 20. ann.* ſimul turbatur & intervertitur, quoque recuperato fortè, præcedens tempus non computatur, ſed ſolummodo illud quod factâ recuperatione de novo currere cœpit *arg. l. 32. §. 1. ff. de ſerv. urb. præd.* IV. Ad certum tempus: Certum ſit, ratione præſcribentium & contra quos præſcribitur, ut utriſque de tempore hoc conſtare poſſit, ne dubitationis inextricabilis oriatur occaſio *arg. d. l. fin. in fin. C. de præſcr. 10. vel 20. ann.* Certum idem ferè eſt quod determinatum; determinatur autem tempus tam ratione termini à quo quàm ratione termini ad quem: Terminus à quo incipit, quamprimum inciderit impedimentum; Terminus ad quem, quamdiu durat impedimentum; Ratione hujus ad quem non unum idemque erit tempus determinatum, ſed diverſum modoque magnum modo parvum, modo expreſſè determinatum modo nudè demonſtratum, quod pluribus ſequentia docebunt. V. Cætera deſcriptionis verba ab effectu deſumpta ſunt, etenim hoc operatur dormitio ut ſuſpendat præſcriptionem, quæ re ipſa non perimitur, ſed aliquatenus differtur.

V. Miſſâ deſcriptione, videbimus quænam Præſcriptiones dormiant. Hoc ut conſtet præmitto, quod Præſcriptio in genere alia ſit Legalis, alia Conventionalis. Legalis eſt ex juris diſpoſitione ſub certo temporis ſpatio, quo finito, is qui præſcribit tutus redditur. Jus autem quia aliud eſt ſcriptum aliud non ſcriptum *§. 3. & 9. Inſt. de I. N. & G. arg. l. 32. ff. de legib.* hinc præſcriptio quoque legalis ejuſmodi dici poterit.

Præſcriptio legalis ex jure ſcripto legiſlatoris expreſſâ voluntate eſt ſancita *arg. d. t. t.* Eſtque vel Legalis in ſpecie dicta vel Statutaria. Illa delineata eſt in toto jure Civili & Canonico modoque exceptionem modo uſucapionem comprehendit, ut theſ. 2. dictum. Hæc Statutaria eſt quæ non ex lege Civili aut Canonico deſcendit, ſed præter aut contra jus Civile & Canonicum vel immediatè ab eo qui in ſuo territorio poteſtatem & jus condendi leges habet vel mediante hujus conceſſione aut confirmatione ſancita.

Præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

Præſcriptio Legalis ex jure non ſcripto eſt quam conſuetudo legitima *arg. l. & t. t. C. quæ ſit long. conſ. arg. l. 32. & ſeq. ff. eod.* conſtituit, vocatur inde Conſuetudinaria.

Conventionalis præſcriptio ex diſpoſitione eſt contrahentium ſive ex pacto contractui adjecto ſub certo temporis ſpatio ante cujus lapſum vel quid ab altera parte præſtandum vel perimitur obligatio. Hæc obtinet in omnibus ferè contractibus vid. *l. 38. ff. de min. l. 1. ff. de in diem add. l. 2. l. 7. C. de pact. int. empt. & vend. l. 10. §. 1. ff. de in jus voc. l. 20. §. 2. ff. de manum. l. 3. §. 3. l. 14. l. 16. in fin. l. 21. §. 5. §. 8. & §. fin. ff. de recept. arb. l. 16. §. 9. ff. de pign. §. 12. Inſt. mand. l. 1. §. 9. ff. eod. l. 38. §. 16. l. 124. ff. de V. O. &c.*

VI. His præmiſſis, 1. circa Præſcriptionem legalem in ſpecie dictam diſtinguo, quando denotat exceptionem & quando uſucapionem. Uſucapionem incidente cauſâ legali dormire indubitati eſt juris conſtatq; ex omnibus ferè textibus & rationibus quæ inferius afferuntur. In præſcriptione Legali autem ſignificante exceptionem temporis, tempora longiora, ab illis quæ breviori ſpatio includuntur, ſubdiſtinguo. Longiora optime dormire poſſunt etiam tempus centenarium *arg. c. 14. de præſcr.* Breviora autem cùm plerumque fatalia & propter rigorem juris ſervanda, ſine ceſſatione currunt *arg. l. 2. C. de prec. imper. off.* Balb. *p. 1. p. 6. pr. n. 39.* Plerumque dixi; quadriennium enim reſtitutionis in integrum tempore jacentis hæreditatis *arg. l. 5. §. 3. C. de temp. in integr.* excipimus, quia juſtum impedimentum retardat curſum quadriennii ſecundum *Sfort. Odd. de reſt. in integr. q. 20. art. 8. n. 80. & art. 9. n. 84.* In cæteris fatalibus omnibus currit præſcriptio. *vid.* Brunnem. *ad l. 3. C. de præſcr. 30. ann.* ubi & fatalia pupillo quoque currere, dum in iis *d. l. 3.* nec quicquam abrogatum dicit, quamvis pupilli & minores præ cæteris hoc prærogativæ habeant ut reſtitutione interdum eis ſubveniatur. Dico interdum, quia dantur & fatalia contra quæ non datur reſtitutio, quæ omnia recenſere nimis prolixum. Vid. Oddus *q. 88. art. 1. n. 8. 9.* Brunneman. *ad d. l. 3. C. una cum iis ad quos ibidem provocavit.*

VII. De Statutaria conſtat ex definitione ſupra data, illam dependere ex beneplacito legiſlatoris & exiſtere contra vel præter jus commune *arg. §. 6. Inſt. de I. N. & G. l. 16. ff. de leg.* Unde facilè colligere licet, & tunc præſcriptionem dormire, modo ita ſit ſtatutum.

Sed

Sed quid dicendum ſi non expreſſè ſtatuta ſit præſcriptio dormiens? Idem quod jure communi, quia ſtatutum in caſibus non expreſſis interpretationem recipit ex jure communi *arg. l.12.l.13.ff.de leg. arg. l. 6. §. 2. ff. de jur. patr.* vid. Odd. *q.* 88. *art.* 5. Hinc ſi ſtatutum diſponit ut creditor intra 20. annos petat debitum aut ſi non petierit cadat jure ſuo; ſi ſimpliciter ita ſtatutum, recipit ſtatutum incidente cauſa dormitionis interpretationem hanc ex jure communi ut præſcriptio ſtatutaria dormiat. Quænam autem præſcriptio dormiat, pro ſubjecta materia applicandum V. G. in re mobili dormit præſcriptio triennii, in immobili b. f. & juſto titulo poſſeſſa 10. vel 20. annorum. *pr. inſt. de Vſucap. l. un. C. de uſuc. transform.* Sed quid, ſi res bona fide, nullo autem titulo poſſeſſa, aut ſine bona fide & juſto titulo, aut bona fide & juſto quidem titulo, ſed cum vitio *arg.* §. 2. *Inſt. de uſucap.* poſſeſſa, An ſtatuto prædicto, 20. annorum præſcriptio ſine requiſito tituli & bonæ fidei ſancita? R. Neg. cùm enim expreſſè juri communi nil derogatum, jus commune obtinebit. Inſtas: ſtatutum hoc modo fore eluſorium. Reſp. Neg. Debitum erit diſtinguendum, ſumiturque vel latè pro illo quod ex jure in re & ad rem ad me pertinet *pr. Inſt. de act.* vel ſtrictè quatenus jus in re & ad rem ſibi invicem contradiſtinguuntur §. 1. *Inſt. eod.* Debitum ex jure ad rem ſolummodo tùm verum erit debitum, non vero ex jure in re, quod enim meum amplius meum fieri nequit *arg. l. 45. ff. de R.I. arg. l. 28. §. 4. ff. de lib. leg.* Jam ſtatuto diſponente, ut creditor cadat jure ſuo ſi debitum intra 20. annos non petierit, ſtrictè reſpiciendum illud in quo operari ſtatutum poterit, quia hoc autem effectum ſuum conſequitur in debito ſtrictè dicto ſtatutum non extendendum ad aliud. vid. Balb. *p. 5. part. 5. pr. q. 7. n. 1. & 2. & p. 2. part. 3. pr. q. 14. n. 10. & per tot. quæſt. vid. & p. 3. part. 6. pr. q. 4. n.* 10. Sequitur tamen reſpectu debiti ſtrictè dicti ex jure videlicet ad rem quod 30. vel 40. annorum præſcriptio tantum ſtatuto erit ſublata, non quando rem meam (debitum ex jure in re) ſine titulo & bona fide aut titulo quidem aſt ſine bona fide poſſeſſam vindicaturus ſum, quoad hoc debitum enim juris communis obſervantia vigebit, de qua videatur Gail. 2. *obſerv.* 18. *n.* 7. Zanger. *de except. p. 3. c. 10. n.* 105. Richter. *ad Auth. [illegible] auth. quas actiones C. de S. S. Eccleſ. n. 18. & ſeq.*

VIII. De præſcriptione Legali non ſcripta ſive Conſuetudinaria

naria

-naria, idem ferè dicendum quod de præcedenti ſtatutaria: Conſuetudo enim vim legis obtinet *l. 32. pr. & §. 1. l. 33. l. 35. & ſeq. ff. de legib.* quemadmodum ergo lex poſterior tollit priorem *arg. l. 28. ff. eod.* ita quoque conſuetudo poſterior *d. l. 32. & ſeq. arg. l. 3. & t. t. C. quæ long. conſuet.* Quando autem conſuetudine non eſt ſpecialiter inductum ne aliquando dormiat præſcriptio, tunc præſcriptio illa ſine dubio propter juſtas cauſas quieſcet uti alia quævis juſta præſcriptio.

IX. Præſcriptio Conventionalis, etiamſi hanc accedant cauſæ propter quas præſcriptio legalis dormit, illa tamen dormire nequit, licèt & cauſa fuerit ætatis minoris, cujus ætas ſpecialiter præ aliis privilegiata *arg. l. 3. C. de præſcr. 30 ann.* Præcipuus textus in quo hoc de conventionali præſcriptione maximè controverſum ventilatur eſt *l. 38. ff. de min.* cujus rationes plenius perſpicere operæ pretium erit. Regulam autem *ex d. l. 38.* hanc ponere lubet: Præſcriptio conventionalis cum defuncto majori cœpta indiſtinctè currit contra pupillum & omnes, imò excluſo reſtitutionis beneficio. Redditur in textu regulæ ratio palmaria à Paulo JCto, quòd contractus ibidem à parente fuerit peractus, reſtaret tantùm aliquid vi pacti à contrahentibus adjecti implendum, cui contravenire pupillam minimè decebat, ex vulgatiſſima extra hunc textum ratione, quia hæres factum & contractum defuncti impugnare nequit *l. 52. §. 1. ff. de pact. l. 7. C. de teſt. milit. arg. l. 14. C. de rei vind. arg. l. 143. ff. de R. I.* facit huc & *l. 2. C. ſi adverſ. vend. pign.* imò quòd perquam iniquum ſit eum, qui nihil cum pupilla contraxit, teneri expectare ejus pubertatem *l. 3. pr. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. Vid.* Petr. Gilken. *de uſucap. p. 3. c. 1. n. 25.* & Sfort. Odd. *quæſt. 86. art. 2. n. 14.* qui communem hanc eſſe ſententiam à qua in judicando non facilè recedendum teſtatur. Imperator Antoninus quidem in *d. l. 38.* contrarium noſtræ regulæ quoad pupillam expreſſe decidiſſe videtur, cujus rationes etſi à Paulo ſtante à parte adverſa primum refellantur; videmus tamen pupillam contra omnes rationes Pauli in integrum reſtitui. Cujacius aliique Reſp. diſtinguendo inter reſtitutionem juſtitiæ & gratiæ, dicentes, quòd reſtitutio in caſu *d. l. 38.* à judicibus propterea impetrari non potuiſſet, quæ eſt juſtitiæ, optimè autem ab Imperatore illa, quæ eſt gratiæ, idque exinde probant, quòd tam apud prætorem quàm præfectum urbi victa eſſet pupilla, ad im-

 peratorem

peratorem autem provocans deinde ſit reſtituta, quod factum eſſe innuunt ex gratia: Videatur Vivianus *ad d. h. l.* 38. ubi ait quod pulchritudo & formoſitas puellæ Imperatorem moviſſet. Sed nec Viviani nec aliorum opinio placet, veræ enim rationes quæ ipſum movêre in fine *t.* expreſſè adjiciuntur, alibiq; dicitur: ſententiam ab Imperatore vocatis partibus latam dare formam omnibus negotiis *l. fin. C. de legib.* Malumus itaque Imperatoris Antonini Conſtitutionem in *d. l.* 38. limitationem quandam eſſe, ſecundum quam diſtinguendum, inter reſtitutionem quam petit minor ex capite de minoribus & illam quæ fit ex clauſula generali prætoris: Si qua alia mihi juſta cauſa eſſe videbitur &c. *l.* 1. §. 1. *in fin. ff. ex quib. cauſ. maj. l.* 26. *§.* 9. *eod.* Quod JCtum Paulum attinet, is noſtram regulam confirmat negando, quòd præſcriptionis conventionalis, cum defuncto majori cœptæ fieri poſſit poſtmodum propter ætatem minoris reſtitutio. Imò Imperator Antoninus ex eadem cauſa in contrarium diſputans, admonitus à Paulo ipſe diſcedit à cauſa pupillaris ætatis, & ex alio fundamento generalis clauſulæ, novas profert rationes juſtaſque cauſas, ſecundum quas reſtitutionem in integrum decernit: Cauſæ erant hæ: diſplicentia legis commiſſoriæ quòdque priores tutores ſuſpecti pronuntiati fuiſſent, quibus rationibus & Paulus acquieſcit vid. Petr. Gilk. *de uſuc. p.* 3. *c.* 1. *n.* 29. *& ſeq.* Balb. *p.* 3. *p.* 6. *pr. n.* 32. Bart. *ad l.* 38. *ff. de min.* militat etiam pro tali reſtitutione minoris ipſe major qui læſione probata ex dicta clauſula generali in integrum reſtituitur *arg. rubr. ff. ex quib. cauſ. maj. junct. l.* 1. *ff. eod.* unde minor haud pejoris eſſe poterit conditionis quàm major. Odd. *q.* 86. *art.* 2. *n.* 30.

X. Quænam præſcriptiones dormiant perluſtravimus: Pergimus ad cauſas præſcriptionis dormientis, quarum alia Remota alia Propinqua. Remota eſt jus quod præceptum juris naturæ: Dominium alienum nemini invito domino retinendum: partim æquitate & utilitate, partim favore, ſecundum jus naturæ determinavit ad aliquem particularem modum, propter circumſtantias perſonarum, rerum, locorum & temporum &c. quæ non primitus ut ſic cadebant in jus naturale. Factâ enim diſtinctione dominiorum, neceſſum erat ut conſervatio quoque eorundem ad communem ſocietatis humanæ utilitatem ſubſiſtat, vid. Hug. Grot. *de jur. B. & P. lib.* 2. *c.* 4. Hinc lege præſcriptionis coërcetur non negligentia ſolùm dominorum in rebus ſuis inveſtigandis eorumque res incuriâ hâc affe-
ctæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

ctæ, quaſi pro derelictis habitæ, alii adjudicantur, ſed & ob bonum publicum litium conſtituitur finis *l.fin.ff.pro ſuo.* ut poſſeſſores rerum rem diutiſſimè poſſidentes, illam ſuam dicere poſſint vid. Cujac. *ad d.l.1.ff.de uſuc.* videlicet ne curâ & culturâ abſterriti hinc commercia labefactarentur & perirent. Quis enim rem alterius coleret? quis ab altero emeret? ſi nullius unquam rei immota poſſeſſio? quis pro altero vectigalia, gabellas, cenſus aliaque onera perſolveret? ſi in incerto rerum dominia. Modus tamen hic conſervationis in quibuſdam caſibus ex cauſis ſupervenientium circumſtantiarum particularium lege Civili ulteriùs ita definitus eſt, ut propterea id ipſum, quod præſcriptione generaliter conſtitutum ſpecialiter rurſum limitetur & impediatur, ne tam citò præſcriptio effectum ſortiatur ſuum, quod pluribus in theſibus proximè inſequentibus demonſtratur.

XI. Cauſa præſcriptionis dormientis propinqua cenſetur eſſe I. Calamitas bellica, hâc incidente unà cum tempore juſtitii (i.e. cū jus omnino propter belli ſtatū turbulentū non redditur) cœpta præſcriptio tamdiu dormit, donec finita ſit hoſtilitas, ſive autem unam diem ſive plures annos duraverit, nihil intereſt, nam & magnū & modicum tempus ſubducitur, textus extat *c. ex transmiſſa* 10. *de præſcr.* Ad quam Canoniſtæ maximè Panormitanus *in ult. not. de præſcr.* docent non ſolum ſecundum canones ſed ſecundum leges in laicis idem obtinere *vid.* Bart. *in l.* 5. *n. pen. & ult. verſ. quæro an iſta uſucapio ff. de uſurpat.* Textum etiam refert Dn. Struv. *in S.I.C. Exerc.* 42, *theſ.* 26. ex Receſſibus Imperii de Anno 1654. ibi So viel nun die capitalia anlangt/ ſollen erſtlich dieſelbige einem jeden Creditori unverſehrt und ohne einige abkürtzung richtig verbleiben / und hierwieder keine præſcription oder verjährung wegen der bey wehrendem krieg unterlaßener forderung der Zinßen oder Capital, angezogen werden noch gelten. Dicta de calamitate belli procedunt quoque in Peſte & Tyrannide, ut utroque hoc tempore præſcriptio dormiat. Dn. Struv. *d. l.* Brunnem. *ad l.* 7. *§.* 5. C. *de præſcr.* 30. *ann.* Odd. *q.* 88. *art.* 4. *n.* 52. Balb. *p.* 2. *part.* 6. *pr. n.* 5. *&* 9. De bello ad peſtem poterit quis argumentari, cum & hæc bellum dicatur divinum, proinde æquiparantur. Bart. *in l.* 1. *ff. de bon. poſſ. quæ ex teſt. mil.* eadem ratio facit ut calamitati bellicæ æquiparemus Tyrannidem, modo his caſibus idem fuerit juſtitium & jus non ſolum propter judicis ſed & actoris & rei omniumque juſtiſſimum horro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

reſn & metum non reddatur, Dn. Struv. *&* Balb. *d. l.* Quæritur hîc An defectus judicis vel rei extra tempus hoſtilitatis, Peſtis aut Tyrannidis, puta ob incidentes ferias repentinas, ob juſtam abſentiam &c. præſcriptionem efficiat dormientem? Affirm. Balbus *d. l. n. 6.* ubi inter tempora præſcriptionis dormientis refert, ſi jus non reddatur propter defectum Judicis vel rei, utitur ad hoc textu *l. 26. §. 1. & ſeq. ex quib. cauſ. maj.* caſumque planè ſeparat ab hoſtilitate, Peſte & Tyrannide *d. l. n. 3. & ſeq.* Dn. Struv. etiam alios ita ſentire teſtatur *d. Ex. 43. theſ. 26.* Sed contrariam ſententiam obtinere verius eſt: Balbi rationes quod attinet, patet per textus ab illo allegatos, quòd curſus cœptus non ſiſtatur, nam finitur præſcriptio reſtitutioneque reſcinditur *vid. & l. 23. §. 4. ff. ex quib. cauſ. maj.* una cum aliis *eod. tit.* unde illud quod finitum ſuſpendere velle ne finiatur, abſurdum. vid. Balb. eadem in aliis refutandis fundamenti loco adducentem *d. l. n. 3. & n. 12. & part. 1. part. 6. pr. n. 17.*

XII. Cauſa II. ætas pupilli *l. 3. C. de præſcr. 30. ann. l. 7. pr. & §. 1. ibi: niſi ætas &c. C. eod. Nov. 22. c. 24. in fin. vid.* Oddus *q. 90. art. 2.* Balbus limitat hanc cauſam in præſcriptione longi temporis exiſtimans, quod præſcriptio longi temporis non dormiat ſed continuetur contra pupillum cum ſpe reſtitutionis in integrum *per l. un. C. ſi adverſ. uſuc.* quam legem huc refert unâ cum ratione quod longi temporis præſcriptio ſit favorabilis, longiſſimi autem odioſa *p. 2. part. 6. pr. n. 11. p. 1. part. 6. pr. n. 33.* Nos cum Dn. Struvio *d. Ex. 43. theſ.* 10. & Brunneman. *ad l. 3. C. de præſcr. 30. ann.* contrariæ ſententiæ ſubſcribimus, quòd longi & longiſſimi temporis præſcriptio pupillis dormiat. Facit pro nobis (1.) *l. 48. pr. ff. de acquir. rer. dom.* in qua longi temporis expreſſa fit mentio; (2.) ratio, quòd pupillus qui ratione præſcriptionis dormientis præ minore ſpecialiter privilegiatus minimè hoc pejoris eſſe poterit conditionis, quod fieret, ſi longi temporis præſcriptio pupillis curreret, minoribus vero non *arg. l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. vid.* Odd. *d. q. 90. art. 2.* Non Obſt. *l. un. C. ſi adverſ. uſucap.* Juſtinianus enim differentiam inter uſucapionem & præſcriptionem longi temporis ſuſtulit *l. un. C. de uſuc. transf.* effectus igitur *d. l. un. C. ſi adverſ. uſuc.* ceſſat per *l. ult. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* Ex qua lege ult. propter generalem rationem quæ habetur ibidem, ſequitur; quod pupillo melius ſit, præſcriptionem longi temporis ab initio non

valere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

valere quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. Nec hoc iniquum; pupillus enim minore imperfectior ætate minuſque quam hic ſibi proſpiciens, majori commiſeratione privilegioq; dignus eſt, ſecundum mentem Imperatoris, qui non ſexus fragilitatem, non abſentiam, non militiam, ſed duntaxat pupillum eximit *l. 3. C. de præſcr. 30. ann.* Ratio Balbi quod præſcriptio longiſſimi temporis odioſa, longi autem favorabilis ſit, quare hanc longi temporis contra pupillum currere dicit cum ſpe reſtitutionis in integrum, vix procedit. Non enim adeo in præſcriptionibus conſideratur poſſeſſor, quàm ſimul & ille contra quem præſcriptio currit; verificatur hoc ex omnibus cauſis præſcriptionis dormientis, etiam ex *d. l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* in qua ſi cauſa poſſeſſionis reſpiceretur, quodque ratione hujus longiſsimi temporis præſcriptio odioſa eſſet, nec longiſsimum tempus *d. l. fin.* contra minorem curreret, eodem modo ac contra pupillum *l. 3. C. de præſcr. 30. ann.* Sed contrarium eſt in *d. l. fin.* unde ratio Balbi vacillat.

XIII. Cauſa III. ætas minoris, *l. 3. C. quib. non objic. long. temp. præſcr. junct. l. fin. C. in quib. cauſ. in integr.* quando pubes 25. ætatis annum nondum complevit *pr. Inſt. de curat.* huic minori dormit præſcriptio longi temporis ob favorem imperfectæ quoque ætatis *d. t. t.* Hîc tres occurrunt caſus notandi: (1.) Quòd quædam præſcriptiones olim currerent tam minoribus quàm majoribus ſine ſpe reſtitutionis, in quibus nihil jure novo mutatum: huc referuntur præſcriptiones quæ executiones pœnarum concernunt, perſecutiones injuriarum, accuſationes vel quippiam ſimile odioſum *l. 37. ff. de min.* item præſcriptiones quæ ab ipſo Juſtiniano introductæ ut currerent minori *auth. ſi minor. C. de temp. in integr. reſt. l. 12. §. ult. C. de jud.* præſcriptio quoque decendii appellationis *l. 7. §. pen. ff. de min.* & caſus alii qui habentur *in l. 3. §. 8. ff. eod. Nov. 1. c. 4. §. 1. l. 34. ff. de min. vid.* Bachov. *ad tit. de reſt. min. c. 7.* Brunnem. *ad d. l. fin. C. in quib. cauſ. in integr.* (2.) Quaſdam non cucurriſſe, & ab illis minorem tutum fuiſſe ipſo jure *l. 2. C. in quibus cauſ. in integr. reſt.* quod & jure novo obtinet, ita autem in hoc ſecundo caſu cucurriſſe puta, quòd quædam à nemine quàm minore originem ſumerent, quò pertinet *l. 2. C. in quib. cauſ. in integr.* add. Odd. *q.* 88. *art. 1. n. 14.* quædam etiam in anteceſſore cœpta ad minorem transferrentur, quo refero *l. 3. C. quib. non obj. long.* quod notandum. (3.) Quaſdam olim cucurriſſe contra minorem cum ſpe reſtitutionis, in quibus minor hodiè ipſo jure eſt tutus *l. fin. C. in quib. cauſ. in*

integr. Ex tribus hiſce caſibus dormitio procedit caſu ſecundo, quando præſcriptio contra anteceſſorem cœpta cadit in minorem per *d. l. 3. quib. non obj.* & caſu tertio. Exceptiones hinc liquent. Diximus ob cauſam ætatis minoris 25. annis dormire tantum longi temporis præſcriptionem *l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. arg. l. 3. C. de præſcr. 30. ann.* videlicet illam quæ uſucapioni *l. un. C. de uſuc. transf.* eſt adæquata, non longiſsimi *l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt. arg. l. 3. C. de præſcr. 30. ann.* conſtat etiam quòd præſcriptiones contra minores non dormiant primo caſu quia currunt vid. th. 22. Nec ſecundo; quando contra minorem eſſent inchoandæ, cauſa enim dormitionis impedit præſcriptionem, ne durante illâ incipiat *vid. theſ. 4. n. 1. & 2.* Diſſentiunt Dd. ſtatuentes quod præſcriptio longi temporis contra anteceſſorem inchoata ad minorem autem perveniens currat contra minorem ſalvo reſtitutionis beneficio, adducunt *l. un. C. ſi adverſ. uſuc.* per quam una cum Gloſſa *d. l. 3. C. quib. non obj. long. temp. præſcr.* ſublatam innuunt, *legem fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* unicè vero eò reſtringunt, quando non in prædeceſſore, ſed cum perſona ipſa minoris ſit inchoata præſcriptio, tumque contra minorem non currere reſtitutionem, ſed ipſo jure hunc eſſe tutum Brunnem. *ad d. l. 3. quib. non obj. long. temp. præſcr.* Sfort. Oddi. *q. 90. art. 1.* Aſt verior erit ſententia quòd nec cœpta uſucapio & longi temporis præſcriptio, contra defunctum cui minor ſucceſſit, minori intra ætatem minorem currat, per illa quæ habet Dn. Struv. *d. Exerc. 43. theſ. 10 n. 6.* Non obſt. (1.) quod *l. 3. C. quib. non obj long.* ſublatam velint Dd. per *l. un. C. ſi adverſ. uſuc.* Reſp. Neg. quia lex tertia de præſcriptione, lex unica autem de uſucapione, tum temporis quo uſucapionis & longi temporis differentia nondum ſublata, verè adhuc differebant, *arg. l. un. C. de uſuc. transform.* unde unam per alteram eſſe abrogatam, dictu foret abſurdum. Inſtas, propter uſucapionem transformatam, legem tertiam priorem ſublatam eſſe per poſteriorem legem unicam, *C. ſi adverſ. uſuc.* Reſp. etſi lex unica poſterior ſit lege tertiâ, illa tamen diu extitit ante uſucapionis & præſcriptionis æquiparationem, factâ poſtmodum æquiparatione quia uno eodemque tempore cum *l. unica. C. de uſuc. transform.* ſanciebatur lex *fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* hâc ipſa lege finali ex eadem ratione quòd ſublata eſſet differentia, *l. unica C. ſi adverſ. uſuc.* eſt abrogata, lex tertia verò tacitè ex jure veteri confirmata, unde hæc adhuc obtinet, illa non. Add.

Dn.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

Dn. Struv. *d. Ex.* 43. *theſ.* 10. qui & *d. l. un.* mutatis joribus refert ad caſum *l.* 2. *§.* 15. *ff. pro empt.* quando contra minorem ob juſtum errorem procedit uſucapio. Nec (2.) *l. fin. C. in quib. cauſ. in integr.* reſtringenda ad caſum ſolummodo præſcriptionis cœptæ cum minore, generalis enim eſt textus (nota verba *in omnibus caſibus*) unà cum ratione quæ continetur in illo, generaliter etiam loquitur *l.* 3. *C. quib. non obj. long. temp. præſcr.* quare & præſcriptionem cœptam contra prædeceſſorem quæ in minorem cadit complectitur D. Struv. *d. l.*

De minore maximè controvertitur An cauſa ætatis minoris (ſecundum *d. l. fin. C. in quib. cauſ. in integr.*) procedat in præſcriptionibus ſtatutariis & conſuetudinariis, ita videlicet ut præſcriptionem ſtatutariam & conſuetudinariam reddat dormientem? Rationes dubitandi quod non, depromuntur ex *c.* 8. *de in integr. reſt.* Deinde quòd ſtatuta & conſuetudines ligent etiam minores *arg. l.* 32. *§.* 6. *de adminiſt. tut.* Nos Affirmantium caſtra ſequimur. Non obſt. c. 8. Nam etſi præſcriptio ibidem locum habere potuiſſet, eò quòd emptor juris ſolennitate ſibi fortè proſpexerit, dormitio tamen non operabitur in ea, quia non à prædeceſſore, ſed à minore ipſo, ejuſque conſenſu cœpta erat, quo caſu propter conſenſum minoris & requiſitum cœptæ præſcriptionis à prædeceſſore, textus cap. alleg. eſt impertinens. vid. Odd. *q.* 15. *art.* 7. *n.* 66. *q.* 88. *art.* 1. *n.* 55. & *ſeq. n.* & 61. Ad *l.* 32. *§.* 6. *ff. de admin. tut.* Reſp. textum hunc eſſe referendum extra caſum præſcriptionis, in quibus ſtatutum generaliter loquens, minores etiam comprehendere concedimus. Odd. *d. l.* & *q.* 88. *art.* 1. *n.* 56. *vid.* & *art.* 9. 10. *ibid.*

XIV. Cauſa IV. Patria poteſtas, quando filiusfamilias bona materna non petiit *l.* 1. *C. de bon. matern. l.* 1. §. 2. *C. de ann. except.* Dn. Struv. *d. Ex.* 43. *theſ.* 26. Balb. *p.* 1. *part.* 6. *pr. n.* 15. Quamvis enim cœpta fuerit præſcriptio contra matrem defunctam dormit tamen ſtatim quam primum ad filios ſuos ſub patria poteſtate conſtitutos res nondum præſcripta delata fuerit, tamdiu donec filii ex propria ſua perſona agere potuerint. *d. t. t.* Hujus cauſæ dantur rationes: Sicuti enim bonorum maternorum adminiſtratio & uſusfructus patris eſt *l.* 6. *C. de bon. quæ lib.* nec filii ſed patris judicio primariò eſt experiri ſive actoris ſive rei partes eſſent ſuſtinendæ *arg. l.* 1. 2. *C. de bon. mat.* Pater etiam totam gubernationem penitus impunitam habet nec ratiocinia filio ſuper ea inferre tenetur *d. l.* 6. *§.* 1. *C. de bon. quæ lib.* imò lex ipſa erubeſcit caſtigatores filios genitori-

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

bus ſtatuere *Nov.* 22. *c.* 24. Quis filios incuſare poterit ſi hoc non fecerint quod etſi maluerint minimè adimplere lege obviante valebant *d. l.* 1. §. 2. *in fin. C. de ann. exc.* Sub filiofamilias comprehendimus autem I. illum illamve, qui quæve in poteſtate patris eſt familias *pr. &* §. 3. *Inſt. de patr. pot.* §. 13. *Inſt. de nupt. pr. Inſt. de adopt.* non omnes liberos ſecundum *l.* 84. *ff. de R.I. l.* 220. §. *fin. ff. eod.* emancipatos nempe, horum enim bonorum maternorum uſusfructus etſi pro parte reſideat cum libera diſpoſitione apud avum *arg.* §. 2. *Inſt. per quas perſon. cuique adquir. l.* 3. *C. de bon. quæ lib.* proprietas tamen remanet liberis quam alienatam liberi emancipati ex propria perſona vindicare poſſunt *arg. Nov.* 22. *c.* 24. *auth. niſi tric. C. de bon. mat.* quapropter iis non dormit ſed currit præſcriptio cœpta. II. Bonis maternis annumeramus, non ſolum quæ filio advenerunt ex ſucceſſione matris ejuſque teſtamento vel ab inteſtato *l.* 1. *l.* 2. *C. de bon. mat.* ſed & adventitia alia, modo pater in iis uſumfructum habere poſſit *t. t. C. de bon. quæ lib.* in his adventitiis enim idem ac in illis tam ratione adminiſtrationis & uſusfructus *vid. l.* 6. *C. eod.* quàm præſcriptionis dormientis conſtitutum *arg. l.* 1. §. 2. *C. de ann. exc.* In quibus verò pater uſumfructum habere nequit, ut ſunt bona quæ ad hoc filio ſpecialiter relicta, caſtrenſia & quaſi caſtrenſia hic excipiuntur *l.* 6. *C. de bon. quæ lib. Auth. excipitur & Auth. idem eſt C. eod.* Non obeſt ſupra dictis, quod pater nihilominus poſſit alienare bona materna *d. Nov.* 22. *c.* 24. *l.* 1. *Cod. de bon. mat. & alias t. t. ab init. h. theſ. alleg.* Reſp. Id verum eſſe eatenus ſaltem ut ſint periculo ejus qui illa improvidè accipit *d. t. t.* hinc excipitur porrò qui ſibi proſpicit & probatâ (1.) neceſſitate alienandi *l.* 5. §. 4. *ff. de reb. eor. qui ſub tut. l.* 13. *l.* 12. *C. eod.* judici (2.) neceſſitatem cognoſcendam ulterius committit *l.* 6. *l.* 11. *l.* 5. §. 9. *l.* 10. *l.* 7. §. 3. *ff. eod.* curatque (3.) ut decretum judicis ſuper hoc ſolenniter interponatur *l.* 6. *l. ult. C. eod.* hoc modo enim à patre bona filiorum materna accipiens validè ea retinere & ſine impedimento præſcribere poterit *l.* 3. *C. eod. vid.* Richter *in tract. expoſ. Auth. ad auth. niſi tricennale C. de bon. mat. n.* 15. Non obſt. *Auth. niſi tricennale C. de bon. mat.* ex qua nonnulli in præſcribendis omnibus bonis filiorumfamilias tempus tricennale ſtatuunt, idque incipere demum currere quando filiifamilias ſui juris eſſe apparuerint, *vid.* Richter *d. l. n.* 4. unde ſequeretur quòd nulla dormitio tempore patriæ poteſtatis locum habere poſſit, negatâ enim præſcriptione dormitio quoque

nega-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

negatur Reſp. I. præſuppoſitum quòd in omnibus bonis filiorum familias maternis tempus tricennale ad præſcribendum lege præfixum ſit, non procedere: Diſtinguimus cum Gilken. *de uſucap. p. 3. c. 3. n. 369. & ſeq.* inter bona materna, ita: ut ad illa ſaltem materna, quæ ex lucris nuptialibus ob repetitum matrimonium filiis acquiruntur Juſtiniani Conſtitutio *in d. Nov.* una cum auth. *niſi tricennale* inde deſumpta, referatur *add. & c. 23. d. Nov. 22.* In aliis autem maternis ut & adventitiis non ſemper tricennium requiri, ſed tempus præſcriptionis pro ſubjecta materia currere uti aliâs, videlicet triennium, decennium, vicennium. Ratio noſtra decidendi eſt, quòd cum nihil antiquatum dici poſſit niſi nominatim hoc factum *l. 32. §. 6. C. de appell. l. 27. C. de teſtam.* maximè in præſcriptionibus *arg. l. 5. l. 6. C. d. præſcr. 30. ann.* nos merito ſine lege loqui erubeſcere debeamus. Hinc ſtrictè interpretanda eſt d. Auth. nec extra caſum ſpecialem extendenda ad generalitatem quæ in *l. 1. l. 4. in fin. C. de bon. mat. l. 1. §. 2. C. de ann. exc.* habetur, in quibus textibus omnibus nulla fit mentio tricennii. II. Ad illud quod tempus tricennale incipiat poſtquam filiusfamilias ſui juris factus Reſp. verba d. auth. *tempore incipiente filiis currere ex quo ſua poteſtatis eſſe apparuerint* hanc recipere interpretationem ut præſupponant præſcriptionem quoque cœptam, hinc generaliter dicitur *tempore incipiente filiis currere*, non tempore tricennali uti ab initio auth. ubi tricennale tempus poſſeſſori appoſitum eum dominum conſtituit, ſive ante ſive poſt impedimentum tempus poſſeſſionis ſuæ compleverit. *vid. Nov. 22. c. 24.*

XV. Cauſa V. Non ſufficientia mariti: Videlicet ſi maritus res dotales æſtimatas alienaverit, & à bonæ fidei poſſeſſore cui ſunt alienatæ, præſcribi cœperunt, poſtmodum inciderit egeſtas mariti, inſciâ uxore aut quòd res alienata aut quòd bona mariti eo uſque jam defecerint. Dormire enim hanc patet à tempore non ſufficientiæ, uſque ad ſcientiam uxoris, ita ut juſtæ poſſeſſionis præſcriptio non currat *l. 30. C. de jur. dot.* Dormit etiam longius præſcriptio quàm ad uſque ſcientiam uxoris; Si ob reverentiam conjugalem uxor actionem à tempore hujus ſcientiæ inſtituere non valuit Dn. Struv. *d. Ex. 43. theſ. 26.* nec enim reverentia hoc caſu ubi de magno liberorum vel uxoris agitur præjudicio quicquam præjudicare conſtat *arg. l. pen. ff. de furt. l. 1. §. 10. ff. quod vi aut clam.*

facit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

facit huc etiam ratio *l. 1. §. fin. C. de ann. except.* quare uſque ad matrimonii diſſolutionem dormit. vid. Carpz. *lib. 1. Reſp.* 40. Diximus præſcriptionem dormire à tempore non ſufficientiæ uſque ad ſcientiam uxoris: Non obſt. quod ob ignorantiam non ſiſtatur præſcriptio *l. un. C. de uſuc. transf. Auth. malæ fidei C. & l. fin. in fin. C. de præſcr. long. temp. l. ult. C. de fund. patr.* Reſp. procedere hoc de ignorantia nuda, contra quam currit præſcriptio *d. tt.* hoc loco verò agitur de ignorantia tali quæ concernit egeſtatem mariti, unde non adeo ob ignorantiam quàm potius ob favorem rei dotalis & egeſtatem mariti curſus præſcriptionis ſiſtitur & dormit. Non obſt. *l. 16. ff. de fund. dot.* ubi ex l. Julia fundi dotalis à b. fidei poſſeſſore præſcriptio cœpta currit. Reſp. *l. 16.* loqui de fundo dotali, re immobili inæſtimata, nos verò hic de rebus dotalibus æſtimatis *arg. l. 5. l. 10. C. de jur. dot. l. 42. ff. eod. l. 11. ff. de fund. dot.* Deinde mulier in *d. l. 16.* negligentiæ & culpæ coargui poteſt, unde punitur quaſi, quod curricula temporis ante matrimonium uſque ad paululum reſidui præterlabi paſſa ſit, nec fundi poſſeſſionem cognita juris ſui ratione recuperaverit *vid.* Petr. Gilken. *de uſuc. p. 3. c. 1. n. 12.* Contra impeditam igitur ex facto proprio & injuſto currit præſcriptio etiam ſine reſtitutione *vid. theſ. 4. n. 2.* ſecus ac in caſu noſtro.

XVI. Cauſa VI. Hæreditas jacens, de qua duo erunt diſtinguendi caſus. Nondum enim aditâ hæreditate impediuntur vel creditores, ne valeant liberos aut hæredes debitoris convenire priuſquam aditio probetur Brunnem. *ad l. 1. & 2. C. de jur. delib.* Carpz. *lib. 6. Reſp.* 64. Ant. Gomez. *lib. 1. c. 9. n. 22.* Gail. *lib. 2. obſ.* 128. vel impediuntur hæredes ipſi ne agere valeant. Primo caſu dormit præſcriptio Creditoribus quamdiu fuerit tempus luctus *auth. ſed neque C. de ſepulchr. viol. Nov. 115. c. 5.* quod tempus luctus etſi ſecundum Perez. *ad d. t. C. de ſepulchr. viol. n. 8. 9.* moribus non receptum, ſervatur tamen jure Saxonico ubi ad triginta dies eſt extenſum & in aliiſque provinciis extra Saxoniam, in quibus idem conſuetudine introductum Brunnem. *ad C. d. auth. Richter. expoſ. auth. d. l.* Extra tempus luctus, licèt impediantur creditores ad hoc tamen ut ipſis dormiat præſcriptio non prodeſt cauſa jacentis hæreditatis per textus expreſſos *l. 40. l. 31. §. fin. l. 44. §. 3. ff. de uſuc.* Secundo caſu; dormit præſcriptio hæredibus, qui cognoverunt jus hæreditatis ſibi eſſe delatum *l. 5. §. 3. C. de*

temp.

temp. in integr. reſt. Ibique Brunneman. vid. *Odd. q.* 20. *art.* 9. ubi communem hanc eſſe ſententiam teſtatur. Perez. *ad tit. C. de jur. delib.* Cognoviſſe autem cenſentur, quibus conſtat (1.) de morte ejus in cujus bonis vult eſſe hæres *l.* 13. *ff. de hæred. acquir. vel amitt.* (2.) de titulo *l.* 22. *ff. eod.* (3.) de ordine ex quo ſe proximum certo ſcit. (4.) de qualitate hæreditatis ſc. an purè an ſub conditione hæres inſtitutus *l.* 32. §. 1. *ff, eod. junct. l.* 34. §. 1. & *l.* 74. *pr. ff. eod. vid.* & *l.* 1. *ff. de jur. & fact. ign.* Non obſt. *l.* 77. *ff.* & *V. O.* Reſp. textum illum de præſcriptione conventionali eſſe alienum *vid. theſ.* 9. Non obſt. quod hæc cauſa careat requiſito continuatæ poſſeſſionis, quia jacente hæreditate poſſeſſio defuncti morte interrupta. Reſp. Neg. in legitimo enim ſucceſſore univerſali aut ſingulari præſcriptio continuata potius quàm interrupta cenſetur §. 7. §. 8. §. 12. *Inſt. de uſuc.* adeo ut ſpontanea tranſlatione alicujus poſſeſſio ſingulari ſucceſſori *d.* §. 7. & 8. *eod.* vacuum tempus autem ante vel poſt aditam hæreditatem ad uſucapionem hæredi & cæteris procedat *l.* 22. *l.* 31. §. *pen. l.* 44. §. 3. *ff. eod.*

Sed quæritur: ſi quis jus hæreditatis ſibi delatum ignoraret penitus, an uſque ad ſcientiam ipſi dormiat præſcriptio? Reſp. Neg. etſi ignoranti jus non præſcribatur longo tempore *l.* 8. *C. de jur. delib. l.* 1. *ff, de jur. & facti ignor. per tot.* eidem currit tamen idem tempus ad complementum longiſſimæ præſcriptionis, quâ deinceps removeri poterit *arg. l.* 3. *C. de præſcr.* 30. *ann.* Gothofr. *ad d. l.* 8. *C. lit. c.* Pro ſupina & craſſa enim reputatur negligentia non inveſtigantis rem ſuam intra tantum tempus *arg. l.* 9. §. 2. *ff. de jur. & fact. ign.*

XVII. Cauſa VII. Confectio inventarii *l. fin.* §. 11. *C. de jur. delib.* Inventarium puta ſolenne *d. l. fin.* §. 2. *Nov.* 1. *c.* 2. *vid.* Perez. *ad C. d. t. de jur. delib. n.* 9. cujus mentio ad hoc ut præſcriptio dormiat fit *d.* §. 11. *l. fin.* Non inventarium quod conficitur poſtquam hæres petiit tempus deliberandi de quo ſequens §. 14. *d. l. fin.* hæreſque minimè privilegium conſequitur. Brunnem. *ad C. d. l.* Tempus conficiendi inventarium quo dormit præſcriptio jure Juſtinianeo hæredibus præſentibus eſt trium menſium, computandorum poſtquam delatam ſibi hæreditatem cognoverunt *d. l. fin.* §. 2. *fin. Inſt. de hæred. qual. l.* 22. *l.* 15. *ff. de acquir. hæred.* Add. *theſ. præc.* Illis quibus hîc utiliter dormit præſcriptio ſunt creditores hæreditarii, non ſolum fideicommiſſarii, ſed alii quibuſ-

 cunque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

cunque occaſione defuncti ex qualibet cauſa quid debetur *arg. l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *ff. de V. S. & d. l. fin.* §. 11. *C. de jur. delib.* Dormit autem propterea quod hæres nullo judicio in rem vel in perſonam à creditoribus dictis ad judicium vocari & inquietari poſſit, vid. Perez. *ad tit. C. de jur. delib. n.* 11. Niſi in actione reali hæres ut poſſeſſor pendente confectione inventarii conveniatur Brunnem. *d. l. fin.* 8. 11. *una cum aliis ibid.* puta quando hæres ſuſpectus facultatum vel fugæ, in legatis ad pias cauſas, in alimentis ad funus exigendo, &c. Qui caſus excepti, impedimento haud ſunt creditoribus neque in iis dormire præſcriptionem certum eſt. *vid.* Gothofred. *ad d. l. fin. lit. g.* Idem erit ſi hæres ante definitum ſpatium inventarium perfecerit, quod creditoribus propterea ſummè notandum eſſe dicit Gothofred. *d. l.*

XVIII. Cauſa VIII. Eccleſia vacans, Quando Eccleſia nullum habet prælatum vel Epiſcopum *c.* 4. *præſcr. c.* 1. *c.* 15. *eod.* Nullum habet ſi is ab hoſtibus quoque captus, excommunicatus aut ſuſpenſus *c.* 3. *C.* 16. *q.* 6. Aut habet talem quidem ſed inutilem, quia hic æquiparatur *c.* 2. *de tranſl. epiſc.* Inutilis quoque eſt ille qui negligit aut dilapidat bona Eccleſiæ *c.* 10. *C.* 16. *q.* 3. cujus malitia Eccleſiæ non nocebit *arg. c.* 3. *C.* 16. *q.* 6. Quæritur: Si inferiore Eccleſia vacante, Epiſcopus adſit ſuperioris Eccleſiæ ad quam illa refertur, an præſcriptio contra inferiorem Eccleſiam dormiat? Reſp. Panormit. *ad d. c.* 1. *de præſcr.* Aff. ex ratione, quod Epiſcopus ſuperior de facto curam ſicut immediatus adminiſtrator non habeat *arg. c. fin. de offic. arch. c. fin. de reb. Eccleſ. non alien.*

XIX. Cauſa IX. Schiſma *c.* 14. *de præſcr. arg. c.* 1. *de frigid. ibi: alienationes quoque &c.* Schiſma idem eſt ac ſciſſio vel ſciſſura, quando fidei & fidelium ſcinditur unitas in Eccleſia & ſeparatur; ſeparata autem Eccleſia amplius talis vix eſſe creditur: Schiſma hoc accidit tempore, quo præſcribuntur contra Eccleſiam res immobiles vel mobiles. Si immobiles; diſtinguitur Eccleſia Romana ab omnibus aliis Eccleſiis: Contra Eccleſiam Romanam jure Civili & Canonico dormit præſcriptio centenaria, tempus enim centenarium etſi primus Juſtinianus ſanxerit in omnibus Eccleſiis *l. ult. C. de S. S. Eccleſ. Nov.* 9. poſtea etſi illud rurſum tranſmutaverit in ſpatium 40. annorum *Nov.* 111. *Nov.* 121. *c.* 6. quod Gregorius I. probavit quoque non exceptâ Romanâ Eccleſiâ *c.* 2. *C.* 16. *q.* 4.

c. 6.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

c. 6. 8. 9. de præſcr. Attamen contrarium recentiores pontifices
Joh. VIII. *c. fin. q. 3.* C. 16. Innocentius III. *c. 13. c. 14. c. 17. in*
fin. de præſcr. in Eccleſia Romana ſervari voluerunt, quam canoni-
cam definitionem ſecutus eſt poſtmodum Irnerius *d. auth. quas actio-*
nes C. de S. S. Eccleſ. Contra alias Eccleſias dormit utroque jure
Civili & Canonico præſcriptio quadraginta annorum *auth. quas*
actiones C. de S S. Eccleſ. c. 4. c. 6. c. 9. de præſcr. junct. c. 14. eod. Si
res verò mobiles contra Eccleſiam præſcribi cœptæ ſive ſit
Romana ſive alia Eccleſia, idem triennium incidenti ſchiſmate
dormit *arg. auth. quas act. C. de S. S. Eccleſ. junct. c. 14. de præſcript.*
quod in rebus mobilibus extra Eccleſiam præſcribendis tam J. Ci-
vili quàm Canonico ſufficit *pr. Inſt. h. t. c. 6. in fin.* C. 16. *q. 3. vid.*
Zoeſ. ad jus Can. de præſcr. n. 5. Richter *expoſ. Auth. ad auth. quas*
actiones C. de S. S. Eccleſ. Diſſent. Panormit *c. 1. de reſt. in integr.*
Rittershuſ. *in expoſ. Novell. part.* II. *c. 1. n.* 10.

XX. Cauſa X. Captivitas de qua diſtinguendum inter jus
Canonicum, Civile, & Hodiernum. Jure Canonico ſolummodo
cauſa captivitatis reddit præſcriptionem dormientem. *c. 13.* C. 16.
q. 3. ubi dicitur: *captivis poſtliminio reverſis non eſſe objiciendam præſcri-*
ptionem temporis, etiamſi captivitas ultra longiſſimum tempus dura-
verit. *vid. c. 14. d.* C. 16. *q. 3.* Jure Civili ſecus eſt, etſi enim reverſus
ab hoſtibus jure poſtliminii omnia jura recipiat ac ſi captus non
eſſet *l. 5. §. 1. l. 19. ff. de capt. & poſtl. reverſ.* uſucapio tamen & præ-
ſcriptio plurimum ſunt facti, quarum cauſa non continetur poſtli-
minio *l. 19. ff. ex quib. cauſ. maj. arg. l. 22. §. 1. ff. de acquir. poſſ.* Hinc
prætor actione ſuccurrit reſtitutoria *§. 5. Inſt. de act. l. 15. pr. & §. 3.*
ff. ex quib. cauſ. maj. l. 6. C. *quib. non objic. long. temp. præſcr. l. 18.* C.
de poſtlim. reverſ. l. 5. C. *ex quib. cauſ. maj.* quæ reſtitutio curſum præ-
ſcriptionis conſummatum non ſuſpenſum indicat *vid. theſ.* 22. Idem
obtinet ſi captus in captivitate deceſſerit *l. 15. pr. ff. ex quib. cauſ. maj.*
Quod ſi vero reverſi ante captivitatem ipſi fuiſſent in conditione
uſucapiendi, captivitate interrupta præſcriptio *l. 19. ff. ex quib. cauſ.*
maj. l. 15. ff. de uſuc. nec in integrum reſtitui *Vinn. ad §. 5. Inſt. de*
act. nec dormiviſſe dici poterit *vid. theſ.* 22. Hodie capti ab hoſtibus
ſtatum non mutant per captivitatem igitur præſcriptio non ſiſtitur.
Groenweg. *de legib. abrog. ad l. 19. ff. ex quib. cauſ. maj.* ſed ad ſui
complementum ſalva reſtitutione pergit. In Chriſtianis verò à
Turcis aut aliis Barbaris captis juris communis obſervantia in Ger-
mania

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

mania retinetur *Schultz. ad tit. Inſt. quib. mod. jus patr. poteſt. ſalv*

XXI. Cauſas ſequitur effectus, qui conſiſtit I. in ſuſpenſione curſus præſcriptionis. II. in demptione temporis medii. III. in computatione temporis præcedentis ante impedimentum præterlapſi cum ſubſequenti, uſque ad complementum præſcriptionis lege definitæ. Hic quæritur quid opus ſit dormitionem ejuſq; effectum ſtatuere, cum reſtitutionem ex clauſula habeamus generali ejuſq; beneficio rem ſalvam abſq; operoſa illa legum circa dormitionem explicatione. R. Falſam eſſe conſequentiam: Hujus beneficio rem meam ſalvam habere poſſum, ergo altero non eſt opus. Ut taceam quòd reſtitutio in integrum extraordinarium ſit remedium, ad quod perveniri nequit præſente ordinario *l. 16. pr. ff. de min. vid.* Innocent. *Comment. ad decretal. ad c. ex tranſmiſſa* 10. *de præſcr.* Odd. *q.* 17. *art.* 5. Ordinarium extraordinario pinguius eſſe poterit uti hoc loco; Ob dormitionem enim certus non ſolùm eſt quis de jure ſuo contra præſcribentem, ſed relevatur inſuper ab onere probandi ſe eſſe læſum, periculoq; deceptionis quod ſub probatione læſionis latet Rodian. *de reb. Eccleſ. non alien. ad quæſt. de reſt. in integr.* Oddus exiſtimat probationem læſionis in materia præſcriptionis minus operoſam eſſe, conſtare enim læſionem ſufficienter ex re amiſſa *q.* 88. *art.* 2. *n.* 21. Verum in materia reſtitutionis non ſufficit nudè probare læſionem ſed læſionis quoque juſtam cauſam *l. 3. ff. de in integr. reſt. junct. l. 1. l. 2. ff. eod. l. 26. §. 7. in fin. ff. ex quib. cauſ. maj. ibique* Bald. non video igitur quomodo ſæpiſſimè operoſam læſionis hujuſque juſtæ cauſæ probationem effugere quis poſſit.

Quæritur porro An una præſcriptio ſæpius quam ſemel dormire poſſit Reſp. Aff. *per c. 14. de præſcript.* ubi ſciſſura trium ſchiſmatum interveniente præſcriptio dormiebat, ad hoc, ut tria tempora ſupputentur, quod & in aliis obtinet. Sed quid? ſi intra pubertatem pupillus aut minor decederet quo transferretur res præſcribenda ad adultum, quæritur an adulto uſq; ad finem pubertatis mortui præſcriptio dormiat? N. beneficiũ enim perſonale cũ defuncto periit *arg. l. 68. ff. de R. I.* proinde non exiſtente perſona cui adhęret plus operari nequit, ad hoc, ut tempus quod nondum extitit, producatur *d. t.* quamvis vivente minore præteritum dormiviſſe, ſucceſſoriq; ad detrahendum utile cenſeri poterit *arg. l. 18. §. 5. ff. de min. arg. l. 5. §. 3. C. de tem. in. integ. reſt.* Non eſt quod dicas *ex d. l. 5. §. 3.* conſtare quod poſt mortem minoris plus operetur ætas minoris, nã non currere præſcriptionẽ quadrien-

nii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

nii niſi poſt aditam hæreditatem. R. Id non eſſe ex beneficio minoris ætatis ſed jacentis hæreditatis, *v. th.* 16. Sed an effectus præſcriptionis dormientis ex pupillari ætate, quando pupillus permanet in vivis, extenditur ad tertium, qui aliàs privilegio hoc non gauderet? Reſp. Aff. quando tertius conſors & ſocius, cum pupillo rem aliquam communem habet *l.* 10. *ff. quemad. ſerv. amitt.* quod procedit eatenus, ſi fundum pro indiviſo poſſideant ſimul *arg. l.* 47. §. 1. *ff. de min. l.* 4. §. 3. *ff. ſi ſerv. vind.* ſecus ſi pro diviſo *l. un. l. ſi in comm. ead. cauſ. in integr.*

XXII. Contrariantur dormitioni I. Curſus præſcriptionis, quoties enim non ſiſtitur curſus, præſcriptionem non dormire, ſed ad quantitatis ſuæ complementum pergere cognovimus. Non ſiſti autem curſum in integrum reſtitutio ſæpiſſimè argumento eſt, hæc, cum remedium ſit reſciſſorium *arg.* §. 5. *Inſt. de act. l.* 35. *ff. de O. & A.* præſupponit præſcriptionem quæ reſcindenda occurrit jure eſſe abſolutam *t. t. ff. & ſeq. de reſt. in integr.* Non dormit itaque præſcriptio tempore abſentiæ Judicis vel actoris extra tempus hoſtilitatis *theſ.* 11. tempore incidentium feriarum repentinarum *l.* 26. §. 7. *ff. ex quib. cauſ. maj.* Tempore illorum qui pupillo comparantur, V. G. qui ſunt in utero, etſi enim naſcendus habeatur pro jam nato *l.* 135 *ff. de V. S. l.* 26. *ff. de ſtat. hom.* reſpectu ſui commodi *l.* 7. *ff. eod. arg.* §. 5. *Inſt. qui teſtam. tut. l.* 5. *ff. eod.* §. 5. *Inſt. de pup. ſubſt.* quod de omnibus diſpoſitionibus ſive legis ſive hominis procedit ſecundum Hahn. *ad VVeſ. de ſtat. hom. n.* 3. hic tamen exceptionem pati curſumque ſalva reſtitutione abſolvi teſtatur expreſſus textus *l.* 45. *ff. de min.* Addimus his tempora furioſi *l.* 22. *ff. ex quib. cauſ. maj.* quamdiu enim durent incerta ſunt. & prodigi. Diſſent. Balb. *p.* 1. *part.* 6. *pr. n.* 46. Item Tempora ſi res Eccleſiæ extra vacantiam aut ſchiſma vel Civitatis præſcribuntur *auth. quas actiones C. de SS. Eccleſ. d. l.* 22. *ex quib. cauſ. maj.* quæ omnia currere videmus *d. t. t.* nec ad illa extendi quæ in pupillis peculiariter recepta *arg. ſl.* 141. *ff. de R. I.* II. Interruptio ſive interpellatio, quia eſt actus quo non continua & quieta manet poſſeſſio, ſed cœpta intervertitur ita, ut nova incipienda ſuo tempore deſideretur *l.* 10. *C. de acquir. poſſ. l.* 26. *C. de R. V. l.* 1. *l.* 10. *C. de præſcr. long. temp. arg. l.* 2. *ff. de uſurp.* unde ſublata præſcriptione dormitio remanere nequit. Interruptione hac omnibus tollitur præſcriptio etiam pupillis *l.* 2. *C. de ann. except.* Eſtque alia Naturalis alia Civilis alia Judicialis alia Extraju-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

trajudicialis, de quib. *ad tit. ff. de uſurp. vid.* Dn. Struv. *theſ.* 27.28. Dn. Hahn. aliique. Apprime utilis contra poſſeſſorem non ſolum ut actori perpetuetur actio ad quadraginta annos, computandos ab ea die quâ legitima interruptio facta *l. fin.* C. *de præſcr.* 30. vid. Perez. *ad tit.* C. *de ann. except.* Verum etiam ut actor non neceſſum habeat expectare finem impedimenti, ſed durante hoc poſſeſſorem quovis modo interpellare, præſcripto tamen modo in Extrajudiciali obſervato ad *d. l.* 2. C. *de ann. except.* Aliàs quævis extrajudicialis interruptio præſcriptionem non interrumpit *arg. l.* 13. *ff. pro empt.* niſi in caſibus jure expreſſis, ubi poſſeſſor in mala fide & lex vetet ejuſmodi rem quæ poſſidetur alienari *l. fin.* C. *de reb. alien. non alien. l.*21. C. *de SS. Eccleſ. Balb. p.* 3. *p.* 6. *pr. q.* 4. *n.*18. 19. 20. Hinc nulla jure Civili dormitio ejus qui apud hoſtes *vid. theſ.* 20. Nec tempore inundationis dormit præſcriptio prout referre eò videtur Petr. Gregor. Tholoſan. *in S. I. univerſ. lib.* 40. *c.* 6. *n.* 17. cum Maſner. *de præſcr. n.* 8. quia & hoc caſu præſcriptio interrumpitur *l.* 3. §. 17. *ff. de acq. poſſ.* dominiumque adimitur *l* 23 *ff quib. mod. uſusfr.* III. Conventio, hæc vel ab initio efficit ne dormitio locum obtineat per dicta *theſ,* 9. *vid. & l.* 7. § 4. C. *de præſcr.* 30. *ann.* vel poſt præſcriptionem legalem cœptam incidens vim & effectum interruptionis conſequitur *l.* 7. §. 5. C. *d. præſcr.* 30. *ann. arg. l.* 5. §. 1. C. *de recept. arb.* Haud convenienter igitur Innocentius in comment. ad decretal. *ad c. ex tranſmiſſa* aliique, Balb. *p.* 2. *part.* 1. *pr. n.* 12. in illis quæ debentur ſub conditione, dormitionem ſtatuunt. Multo minus durante compromiſſo dormit cœpta præſcriptio temporis appellationis proſequendæ *auth. ſi tamen* C. *de temp. appell.* tum quod fatale tempus non admittat dormitionem *theſ.* 6. tum quod interrupta præſcriptio. IV. Conſuetudines & ſtatuta quibus aliquando prohibetur dormitio lege Civili aliàs permiſſa, quo caſu tamen Dd. Centenariam præſcriptionem excipiunt per illa quæ habet Brunneman. ad *l.* 4. C. *de aqu. duct. & l.* 5. C. *de fund. rei priv.* niſi ſpecialiter cautum ſit ne & illa dormiat. *vid.* Balb. *p.* 5. *part.* 5. *pr. q.* 6. *n.* 2. *& ſeq.* Hæc de intricatiſſima præſcriptionis dormientis materia non ambiendi ſed proficiendi ſtudio dixiſſe ſufficiant, ſi eatenus placuero bonis ſecundum Poëticum, ſumma mihi laus ſit diſplicuiſſe malis. Deo Triuni ſit laus & honor in ſempiterna ſecula! is ſicuti hactenus ſtudiorum meorum primordia ita & ſucceſſus ulteriores gratioſa ſua benedictione proſperet, donec cum ſui gloria horum ultimus ſit

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 G 16